

CHR. Πᾶ δὲ ἄγτις ἔλαφος.] Puto vno verbo Α  
 παδὴ esse πηδᾶ, At ἄγτις est ὡσπερ ἴς, vt apud La-  
 conas dicitur, & antea habes non semel. Quid sit  
 autem χωροφίλιος nondum scire potui. Χαλκι-  
 οίκον.] Minerva Spartana sic dicta vel ab æreis æ-  
 dibus, vel quia Chalcidenses condidit in Eubœa,  
 sed & χαλκίνας vocata est. Apud Arnobium  
 Christianum de Gentilitate scriptorem habes

Chalcidicum bis deformatum in Chalcioe-  
 cum, sed sanè apparet vel ex Homero Chalci-  
 ca dicta deorum aulas & domicilia & ὑπερῶα non  
 à Chalcide sed ab ære sic dicta vt dixit idem Prin-  
 ceptis poeta χαλκοβαίης δῶ. Ausonius ex eo dixit  
 Chalcidicum ædificium cæleste. Cuius vocis etiā  
 Vitruuius meminit, vbi nollem à doctiss. Phi-  
 landro mutari in Causdicam.

Τ Ε Λ Ο Σ.

Π Ι-

